

NÉMETH ISTVÁN

A KASSAI KÖVETEK JELENTÉSE AZ 1572. ÉVI FEBRUÁR – ÁPRILISI ORSZÁGGYŰLÉSRŐL (II. rész)

Series itineris a dominis Legatis Cassoviensibus ad Conventum Regnicolarum generalem pro festo Purificationis Dominae Virginis Celebrandum Posonii¹⁴, evocatis, suscepti Anno salutis 1572.

Januarius

21 a

Cassovia¹⁵ discessimus. Venimus eo die in malleum Cassoviensem.¹⁶

22 b

Venimus Novocomium.¹⁷ Ego Leutschoviam ex oppido Cromptach¹⁸ ablegatus percontatum an coeteri Civitatum legati advenerint. Responsum accepi a domino Judice Ipsos quidem praesto fuisse, sed propter negocia privata, quae ipsius Majestati Viennae exponenda erunt, nostrum adventum expectare non potuisse Ideoque 19 adhuc Januarii iter ingressus [fuit] esse Redii Novocomium nocte intempesta. Per benigne a domino Thoma Frolich¹⁹ accepti sumus.

14 A szerző utólag írta be.

15 Kassa (Abaúj vm.)

16 Kassahámar (Abaúj vm.)

17 Igló (Szepes vm.)

18 A szót utólag írta be a szerző. Kromptach (Szepes vm.)

19 Frölich Tamás, kassai lelkész. ld. Kemény Lajos: *A reformáció Kassán. Kassa, 1891.* 26-27. p. Uő: *Frölich Tamás kassai pap megidéztetése. Történelmi Tár 1892.* 575-576. p., ill. uő: *Két kassai plébános a XVI. században. Századok 1895.* 26-41., 119-135., 227-238., 329-341., 441-457. p.

23 c

Novocomio post executata mandata ab Inclyto Senatu Legatis de vocando Domino Thoma iniuncta, Comitante nos eodem, Leutschoviam²⁰ venimus, eoque die nobiscum, qui nondum rebus omnibus instructos Leutschovienses expectare sumus rogati, mansit. Puella ob necatum infantem nobis nubem ingredientibus capite plectitur.

24 d

Leutschovia in pagum Cherbata vade litterae²¹ ad Senatum de responso a domino Thoma dato missae sunt. In hoc itinere Ex Conventum prorogatum esse, intelleximus.

25 e

Ex pago Cherbata²² in oppidum Sancti Nicolai²³ unde ad Benedictum Kubini Vicecomitem Comitatus Liptoviensis missus sum percontatum de statu seu conditione indicti Conventus Regnicolaris sibi aliud nihil constare quam hanc Conventus indictionem et celebrationem processuram esse. Haec dies Sacra Conversioni Pauli fuit valde turbulenta: Mane nebulosa, Reliquo toto die nivosa, Serenitatis hoc die apparuit nihil.

26 f

Ex oppido Nicolai in pagum Turona²⁴ Tipensinimus semel Vagum semel Oravam et per loca montosa aspera et confragosa iter fecimus.

20 *Lőcse (Szepes vm.)*

21 Javított a az eredetileg „a”-nak írt végződést.

22 *Csorba (Liptó vm.)*

23 *Szentmiklós (Liptó vm.)*

24 *Turány (Turóc vm.)*

27 g

Ex pago Turna in pagum Nievescher²⁵ sub montanum. In eo itinere ad oppidum Suchan²⁶ relatum est nobis de morte Imperatoris Hoc metu rursus liberati sumus²⁷ a Saschoffsky nobis obviam in Nievescher facto, qui Caesarem quaevis letalibus confectum morbis: tamen iam pristenas recuperare vires, dicebat. Hoc die iter valde difficile habuimus.

28 a

Ex pago Nievescher in oppidum Zabokut²⁸ divertimus ad Viduam quae post bitum nuptura erat.

29 b

Ex oppido Zabokut Galgoczium²⁹ A meridie magnus ventorum nupetus Boreis Elantibus.

3³⁰ 30 c

Galgoczio in oppidum Wartenberg³¹ excepti hospitio a sene homine probo.

31 d

Vartebergo Posonium³² circa horam decimam matutinam cum legatis Leutschoviensibus. Eo die nobis de hospitio prospectum est apud Fabrum quemdam Georgium Stokhinger in suburbio inferiori.

25 *Nedozer (Nyitra vm.)*

26 *Szucsán (Nyitra vm.)*

27 *A szerző utólag javította be.*

28 *Zsámkokrét (Nyitra vm.)*

29 *Galgóc (Nyitra vm.)*

30 *Eredetileg áthúzta, majd újra leírta.*

31 *Szenc (Pozsony vm.)*

32 *Pozsony (Pozsony vm.)*

Consignatio et Coacervatio eorum quae nobis Posonii

Item Viennae existentibus acciderunt.

Februarius

1 e

Convenimus Archiepiscopum Strigoniensem Verancium. Ab ipso de Conventu Regnicolarum quid futurum esset, percontati sumus, et num Imperatorem Viennae quo se diem ante quam Posonium appulissemus, reliqui trium Civitatum Bartfa Epperies et Zebin ob privata negocia apud ipsius Majestatem conficienda contulerant, conveniendum esse arbitraretur. Responso dubio nos divasit nostroque profectionem Viennam versus arbitrio pervasit. Hoc die coruscationes visae, tonitru auditum hora 8 noctis.

2

Ipsa die Conventui celebrando constituto qui fuit dies f de Viennali profectione inter nos deliberatum est, profectio placuit, Dies profectioni Constitutus 4 Februari

3 g

Accessimus Johannem Fischer Consulem Posoniensem, eique de nostro abitu Viennam versus significantes petivimus, Si interea Res publicae Regni sub deliberationem caderent absentiam nostram apud Senatum Regni excusando privatas Civitatum, propter tardum Imperatoris adventum, magni momenti causas, hoc ita fieri postulasse, diceret

4 a

Iter Viennam³³ versus ingressi sumus. Septima traieciimas Danubium. Venimus eo die in oppidum Schwechet³⁴. A Coena singuli soluimus Cruciales 16.

33 Bécs (Ausztria)

34 Schwechat (Ausztria)

5 b

Schvecheto Viennam hora 9 matutina venimus quo die Ruberum accessimus, eumque ut nobis auxilio, quo Cum ipsius Majestate presentes de oneribus et molestiis publicis Civitatis nostrae colloqui possimus subveniat, oravimus. Praebuit sese erga nos benevolum, ac operum daturum et quamprimum in conspectum Caesaris admittamur pollicitus est. Quam Urbem ingrederemur obviam nobis facti Michael Serator Epperiensis et Stephanus Miller Zibiniensis Posonium rebus suis nondum rite confectis petentes. Lanius quidam ab Hispano aulico interfectus.

6 c

Mane iussu Ruberi qui se, ut in presentiam Imperatoris admittamur effecturi promiserat, in aulam ascendimus ibique adventum ipsius praestolantes, quid facto opus esset deliberavimus. Rubero adveniente facta est nobis presentas ipsum Comitandi ad Conclave contiguum habitatio Imperatoriae. Ruberus Imperatorem adiit ac paulisper ibi commoratus egrediens nobis significavit ut 4 vespertina rursus compareremus, ibi fors ut hoc simus consequuturi quod ab ipso cupimus. In hospitium situm ante portam arcis in domo Petri Spindler auff der Lam geneben reversi, prandium sumsimus. Absoluto prandio nos convenerunt Bartphenses et Epperienses Ipsius presentibus supplicatio Communis. 5 Civitatum perlecta est, Domino Laurentio ipsos, si quid immutandum aut addendum esset commonefaciente. Placuit singulis, ac unum maxime necessarium nimirum de Vinorum negotiatione Civitatensibus propria praecepta desiderari. Nomine igitur omni Civitatum privatam nostram hac de re supplicationem ipsius Majestati offerendam esse consuerunt. Nostri missi, ne quid morosius facere viderentur, facile id concesserit. Atque ita re transacta 3 urbem ingressi, in priori loco adventum Ruberi expectavimus. Adveniens nos subsequi iussit, hoc facto paulisper commorati sumus, ac ita in presentiam Imperatoris admissi Dominus Laurentius Aurifaber, et Johannes Henisch ubi et supplicationes exhibuerunt, et de calamitatum ac gravaminum magnitudine conquesti humilime ut Caesarea Majestas huius malo oportunum remedium afferret petierunt, Benigne a Caesare accepti relationem talem acceperunt, Se

Clementer ac paterne ipsis perfectis supplicationibus provisuri esse ac mandaturi, ut primo quoquo tempore res ad expeditionem veniat. Hoc die paulo ante ascensum nostrum in aulam, Hispanus Sarctor gladio Sarctorem Germanum, quod ipsum de solutione sollicitasset, traiecit.

Fuimus cum Listhio.

7 d

8 e

Litterae ad Senatum Cassoviensem missae per Christophorum Ruber.

9 f

Mane septima in aulam ascendimus ac de supplicationibus nostris Imperatori exhibitis, perquisivimus. Primum in domo deliberationibus bellicis destinata. Secundo apud Secretarium Camerae aulae Jacobum Hueber virum in primis facilem et humanum. Tertio apud Listhium Episcopum Wesprimiensem cui cum Supplicatio contra [Pe] Valentinum Segnei et Polonum [exhibita esset] cum deliberatione et responso Caesareo super hac exhibita esset³⁵, operae precium videbatur ipsum propterea sollicitare. Itaque reviso tali nos dimisit. Primum Caesarem Majestatem ita affectam esse, ut non velit aliqua in re Privilegiis ac libertatibus Civitatus iniuriam fieri, sed potius contra haec delinquentes graviter animadverturum. Et quia aliquid contra Valentinus Segnei molitus sit Caesarea Majestas ita in ipsum animadvertere decrevit, ut scriptis litteris ipsi Caesaris inclementia denunciatur. Quod vero ipsum Polonum concernit, statuit Imperator ipsum dimittendum esse, sed hac ratione, ut sibi interdictum esse sciut regno Hungariae, ac intra fines eiusdem nullos exercent contractus.

10 g

Listhius Posonium discesat.

35 Javítva est-ről.

11 a

Accessimus Jacobum Hueber, petentes ut quid de supplicationibus nostris reliquas statutum esset, nobis non gravatim aperiret Item sibi aliud nihil de his constare quam quod Consiliariis Camerae Scepusiensis per litteras mandati, quibus duae nostrae supplicationes, Una nomine Civitatis pro Vini libera negotiatione, quae hactenus interclusa fuerat supplicantium: altera Civitatis Cassoviensis de debito a militibus Caesarianis superioribus annis contracto propria, adiunctae sunt, iniungatur de his plenius ut respondeant planamque faciant rei totius formam, seu modum Ideoque nostrum requirere officium ut quoque citissime litterae mandati Veredario commissae Cassoviam transmittantur. Inde tandem responso allato Supplicationes nostras in deliberationem venturas. Hoc modo dimissi, id quod res postulabat persequuti sumus, ac litteras ad Senatum Cassoviensem de serie et modo totius negotii datis, petivimus ut Statunt ac naviter operam darent, quo Camerales parva interposita mora, dicto Imperatoris obtemperent, sensuque nostrarum Calamitatum iacti, studeant nobis quoque prodesse.

12 b

Fuimus Cum Raumingero.

13 c

Apud Rueberum, Georgium Teuffel presidentem Raizacherum Secretarium, Christophorum Cuglerum Expeditorem, seu Registratorem Camerae bellicae negotium nostrum visimus.

14 d

Dominus Laurentius mane Praesidentem Camerae bellicae Teuffelum, ego Cuglerum accessimus, ac ipsos de negotio nostro transigendo sollicitavimus. Vienna discesserunt dominus Laurentius. Martinus Kamnern me Viennae relicto ad negotium nobis urgendum

15 e

Deliberatio Cameralium bellicorum super negocio nostro concernente domos et milites iuri Civium sese submittere nolentes, et tum in evidens damnum artificum Civitatis suum exercentes artificium fit exhibita Imperatori. Prima tandem Secretarium Raizacherum accessi, querens quid de negocio nostro factum sit. Item Imperatorem conclusisse ut de his gravaminibus litterae mandati Rubero dentur, nobis vero literarum illarum [transcriptum] exemplum

16 f

Apud Cuglerum negocium visi.

17 g

Maxima aeris intemperies, nives copiosae, venti frigidissimi.

18 a

[Ruberum] Raizacherum hic Cuglerum de expeditione sollicitavi. Coci Caesarei nuptias Rusticorum mira arte ante aulam Imperialem representarunt. 19 b Hoc Negocium visi.

20 c

Accepi litteras a domino Laurentio quibus significatur Camerae Scepusiensi, id quod Listhius se facturum receperat, de negocio Segneum et Polonum concernente nihil esse scriptum ideoque Hueberus accedendis, Cui haec res expedienda commissa est. Ego acceptis litteris continuo Hueberum accessi, ac totius rei seriem recensendo, petii ut de re Camerae Scepusiensi scriberet. Item sibi nihil a Listhio cui haec res curae esse debebat, nec supplicationis quicunque, nec responsi ab Imperatore dati transmissum esse, seque ideo nobis nunc pro ratificari non posse. Verum si negocium hoc compositum esse volo, tunc de causae huius³⁶ conditione

36 Eredetileg *hac*-nak írta.

domini commonefaciendi, et Listhium accedunt ac ab ipso responsum super hac causa petant, ipsique transmittant. Tandem se bene curaturum ut res transigatur Raizacherum de negotio nostro requisivi. Reiecit me in diem sequentem quo etiam res composita est.

21 d

Traditum est mihi mandatum Caesareum ad Ruberum nobis autem illius mandati transcriptum.

22 e

Archiduces Austriae Rodolphus et Ernestus filii Imperatoris hora undecima, Vienna ad Posoniensem Conventum inchoandum discesserunt.

23 f

Posonium appulerunt. Frigus intitusissimum.

24 g 25 a

Ego cum dominis Leutschoviensibus Vienna discessi.

26 b

Posonium veni quo die factum est initium tractationum Conventus Regnicolarum Articuli, qui sub deliberationem venturi erant, recitati. A prandio Legati singulorum Comitatum Ac Civitatum sua in medium gravamina quibus hactenus passi ac molestati sunt Sacrae Majestati Caesariae suppliciter offerenda, attulerunt. <hoc die Sepultus est Dominus Mestei>

27 c

Mane 6 in Curia Posoniensi missi Civitatum singularum convenerunt, ibique de communi consensu duos articulos (quoniam singuli Comitatum et Civitatum legati iussi erant onera et gravamina ipsos molestantia scripto comprehensa Magistris

Conventus, exhibere) concernentes in gravamine omnes Civitates Regni, factos, nimirum de intolerabili taxarum seu contributionum fortuitarum gravitate tenienda, Item de libertate in Teloniis Tricesimis Civitatensibus Servanda, Congregationi Regnicolarum obtulerunt. Quinque nostrae Scepusienses 8, quorum tenor sequitur.

Sacratissima Romanorum Imperator Regiaque Majestas etc. domine domine
noster naturalis ac clementissime.

Post perpetuae fidelitatis ac fidelium servitiorum nostrorum in gratiam Sacrae Majestatis Vestrae Caesareae humilimam subiectionem. Supplicatur Majestati Vestrae Caesareae nominibus et in personis liberarum Civitatum Superiorum Regni Hungariae partium in eoque humilime, ut cum in omnibus suis privilegiis, praerogativis Juribus, libertatibus antiquis, et laudabilibus Consuetudinibus, quibus olim usae et gavisae sunt, nunc miru in modum labefactentur Sacra Majestas Vestra (subsequentia earundem communia gravamina benignissime perpendere ac pro sua pietate, regiaque iustitia dictas Civitates contra omnes impeditores, turbatores, ac temerarios et Contumaces violatores gratiose semper defendere ac manu tenere dignetur.

Primo quidem ut notoria illa libertas Regalium Civitatum, quae ab omni et quavis Teloniorum exactione iuxta Decreta Regni per totum Regnum exemptae sunt, per omnes ordines et Status eorumque officiales seu Teloniorum exactores ubique in regno observetur. Et ne impune cuique hanc libertatem, pro ut soepe fit, violare liceat. In quo videtur illud pernecessarium, ut certa aliqua poena proponatur, cui de facto subiacere cogantur Decretorum Regni et Sacrae Majestatis Vestrae mandatorum contemptores, ac temerarii predictae libertatis Civitatum violatores. Similiter ut sicca quoque Telonia iuxta articulos Regnicolarum in Superioribus Diaetis aeditos iam tandem deponantur, et ubique deiciantur.

Secundo, ut vera, antiqua legitimaque privilegiata Depositionum generalium loca servantur, roborentur, et efficacem habeant defensionem: Ne videlicet Civitatum et Regnicolarum commoda per vagos illos forenses mercatores, qui loca verarum depositionum assidue transgreditur, fraudulenter praeripiantur.

Tertio. Ut quemadmodum non ita pridem Tredecim oppidis Scepusiensibus, pro qua re Sacrae Majestati Vestrae Caesarae istae liberae Civitates immortales agunt gratias: ita et singuli ac Universis Polonis in perpetuum interdictum et prohibitum sit, ne quisque eorundem deinceps Vinorum, pecorum vel aliarum emendarum rerum seu negotiationis exercendae causa post vel infra Cassoviam quoquo modo liberam proficiscendi potestatem habeant.

Quarto. Vinorum eductionem in Poloniam edicto Sacrae Majestatis Vestrae Civitatibus istis prohibitum dignetur non tunc hoc, sed omni deinceps tempore liberam promittere, cum presertim ea prohibitione nemini magis quoque Sacrae Majestatis Vestrae regio fisco, et peculjo Civitatibus nempe istis nocentur. Animadversum re et Rusticos et alios Oppidanos istis in partibus degentes dum Cives liberarum Civitatum ob interdictum Sacrae Majestatis Vestrae ab evectione vinorum abstinere coguntur, magnam ex tali prohibitione sumpsisse occasionem ac licentiam posthabita agricultura exercendae omnis fere generis mercaturae. Ex qua rusticorum, oppidanorumque licentia Civitatibus istis earumque libertatibus cum maximo earum detrimento et iniuria contra omnem aequitatem vehementer preiudicatur.

Quinto. Antiqua Regni libertate et publica Constitutione de iis rebus quae intra Regni terminum emebantur olim nulla exigebatur Tricesima. Nunc autem etiam a bobus cis Tibiscum in Civitatum et gentium Sacrae Majestatis Vestrae Caesarae communem usum et maccella per Civitatenses Ianios emptis. Eodem modo et de Equis quibus ex Transylvania cives harum Civitatum, ob faciliorem longi itineris confectionem equitant, Tricesima exigi solet.

Sexto In Nonarum et decimarum perceptione exitialis quoque abusus irrepsit de quo et ante quaerelae factae sunt. Nona enim quae domino terrestri cedit accepta, Decimator qui Episcopalem percipit Decimam locum vasis Nonae vacuum pro vase Vini numerat. Et sic inusitata et indebite excogitata ratione accipit decimam. Ex quo rursum constat (proh Deum) miseros undique vehementer previi et affligi.

Septimo. Quicumque ex Vineis suis Vina collegerunt, tenentur ex veteri instituto tantum Vini suo in Curru ad Domum Decima de Vineia deducere quantum ad Nonae

et Decimae solutionem sufficit, receptisque suis, quibus Vinum continebatur Vasis. Item, Nec cogebantur ut quoque alio vel ulterius Nonalia et Decimalia Vina per suos aurigas veherent. Fit autem nunc cum magna iniuria multorum hominum, ut huiusmodi Vasa ipsi decimatores nolint restituere. Officiales quoque nonnulli cogant miserrimos Civitatum precio conductos aurigas Decimalia Vina non ad usitatum et competentem tunc locum, sed longius Agriam usque et ad alia loca, quod a Seculo non est factura, nec auditum, devehere.

De his gravaminibus, quae Civitatum statum, fortunas et permansionem in dies enervant, clementer avertendis Sacrae Majestati Vestrae dictae Civitates humilime supplicant, summa spe fiduciaque nitentes Sacram Majestatem Vestram tanquam pientissimum principem et Imperatorem iustissimum hanc nostrarum calamitatum signem quam nobis debita fides et obedientia erga Sacram Majestatem Vestram reticendam non esse suasit, ac humilimam supplicationem clementer esse accepturam et nostrae incolumitati laeta provisione subventuram.

Eiusdem Sacrae Caesareae et Regiae Majestatis Vestrae

Fideles et humilimi subditi Judices et Jurati Cives Civitatum

Cassa Leutscha Barthfa Epperies et Zebyn

<Streinium accessimus 29. Listhüs primum nobis supplicationem nostram Item scriptum Cameralium Scepusiensis contra Segnei et Polonum [exhibito est Streinio] cum voluntate Cesarea exhibita, ut Streinio presidenti Camerae aulae exhibeamus iussit>

Martius

1. 2. 3

Articuli a Majestate Caesarea Regnicolis propositae sub deliberationem acceptae. Articulorum autem describendorum potestas mihi non est concessa, et si hac de re Magister Andreas ut describendos concederet articulos, requisitus sit a Domi-

no Laurentio [sit requisitus]. Dierum singulorum propositionem propter lingua imperitiam non potui.

4 [d] c

Decisiones super articulos factae a Nobilibus exhibitae Baronibus in domo Archiepiscopali congregatis Item Legati Civitatum in hospitio nostro congregati singularia Civitatum gravamina Majestati Suae scripto supplici offerenda, concluderunt.

5 d. 6 e

Danubium ponte navali sternere coeperunt.

8 f

Ad sepulturam Michaelis Merey discesserunt duarum Civitatum Epperies et Bartpha legati

9 g

Hueberus nos per litteras de negocio Polonum concernendum certiores reddidit. Mandatum ad Camera Scephusiensem de Polono dimittendo nobis exhibuit Secretarius Kerve. Tenor huius talis est

<10 a

Mandatum hoc Camerae Scephusiensis transumptum>

Maximilianus etc Cognovimus ex litteris Vestris 6 Decembris ad nos datis, quae nobis de Valentino Segney nobile, qui cuidam Polono iam comprehenso famulum suum ad Vina infra Cassoviam emenda adiunxerat, retulistis. Nos itaque prefato Nobili ex Cancellaria nostra Hungarica serio scribendum iussimus ut in posterum se a talibus contineat. Polonum autem cum plurimi pro illo apud nos institerint, volumus et dimittatis addita comminatione poenae si amplius intra fines regni Hun-

gariae venerit sibi irroganda, Quo modo benignam executuri estis voluntatem nostram. Viennae 4 die Martii Anno etc LXXII.

Camerae Scepusiensis

13 d

Responsio ad propositionem Caesaream ad Regnicolas factam presentibus Praelatis Baronibus Nobilibus etc. perlecta. Civitates liberae articulo qui contra vera depositionum loca in consilio tunc Magnatam factes contradixerunt Scriptoque supplici, ut noviter inventa et instituta in Oppidis Ztropko Homona et Varano veris depositionum locis postponerentur apud Senatum Regni Ostensis etiam Privilegiis iubi Cassoviensis a divis quondam Regibus datis [institerunt] in mediumque allato articulo super hac re in proximo preteritae diaetae Anni 1569. Conventu conclusi, institerunt.

14 e

Articuli Archiducibus exhibiti

16 g. <17 a

Scortum a milite sclopeta globulo traiecta.>

Nuncii [ad] ex conventu, ad imperatorem ut adventum mutararet [delecti] ablegendi, delecti

18 b

Posonio Secundo Viennam discesserunt pars nunciorum Civitatensium de peculiaribus quibusdam gravaminibus Imperatori conquesturi Domini Laurentius Auri-faber Cassoviensis Cum amanuensi Jacobo Czurk, Paulus Sturm Leutschoviensis, Bartholomeus Purlamucz Melchior Creüsel Barphenses Johannes Fischer Epperiensis Stephanus Miller Cibiniensis Septimana nos subsecutus Traiecinus Danubium cum summus esset ventorum nupetus

19 c

Viennam venimus

20 d

Circiter horam tertiam pomeridianam beneficio Comitiss Eký³⁷ Capitanei Supremi [Ruber] Jauriensis in presentiam Imperatoris admissi legati, iniuncta sibi a conventu exposuerunt. Civitatenses exposita oretenus serie miseriarum ipsos praementium eadem scriptos [peculiaribus] supplicibus duobus comprehensa imperatori exhibuerunt Primum 12 articulorum Cuius tenor sequitur.

Sacratissima Romanorum Imperator Regiaque Majestas etc. Domine Domine noster Naturalis ac clementissime

Post perpetuae fidelitatis³⁸ ac fidelium servitiorum nostrorum in gratiam Sacrae Majestatis Vestrae humilimam subiectionem. Supplicatur Sacrae Majestati Vestrae Caesareae nominibus et in personis Liberarum Civitatum Superiorum Regni Hungariae partium in eo quoque humilime subsequencia earundem multa et varia commune gravamina benignissime perpendere, ipsisque in eisdem clementer de maturo et oportuno prospiceri remedio dignetur.

Primo, Ut cum in omnibus suis privilegiis, Praerogativis, Juribus, Libertatibus antiquis et laudabilibus Consuetudinibus, quibus olim usae et gavisae sunt, nunc mirum in modum, ac subinde magis magisque labefactentur Sacra Majestas Vestra Caesarea pro sua pietate Regiaque Iustitia easdem contra omnes impeditores, Turbatores ac temerarios violatores gratiose semper defendere ac manu tenere dignetur.

Secundo, Ut notoria illa libertas Regalium Civitatum quae ab omni et quavis Teloniorum exactione, iuxta decreta Regni per totum Regnum exemptae sunt per omnes ordines et status, eorumque officiales seu Teloniorum Exactores ubique in

37 Eck von Salm

38 A kéz *fidelis-ről írta át fidelitatis-ra.*

regno observetur. Et ne impune cuiquam hanc libertatem pro ut soepe fit, violare liceat. In quo videtur pernecessarium, ut certa aliqua poena proponatur cui de facto subiacere cogantur Decretorum Regni et mandatorum Sacrae Majestatis Vestrae Caesareae contemptores, ac temerarii predictae Civitatum libertatis Violatores. Similiter etiam ut sicca quoque Telonia iuxta articulos Regnicolarum in superioribus dietis editos iam tandem deponantur et ubique dericiantur.

Tertio, Ut vera, antiqua, legitimaque Privilegiata Depositionum generalium loca conserventur, roborentur et efficacem habeant defensionem, ne videlicet Civitatum et Regnicolarum commoda per vagos illos forenses mercatores qui loca verarum depositionum assidue transgreditur fraudulenter praeipiantur.

Quarto, Ut a contra noviter excogita et antea inusitata Depositionum loca Fisco Sacrae Majestatis Vestrae Caesareae regio et Liberis Civitatibus vehementer noxia, qualia sunt in oppido Ztropko, Et ad Monasterium Lechnicz, in perpetuum aboleantur. Antequam nobilis Magnificus Dominus Johannes Petheo de Gerze etc. districtum Ztropko teneret nullam ibi depositionis locumque fuisse constat, Sed tunc Tricesimatorum Servitorum ibidem existentes diligenter observasse, ne per vias sinistras Vina et aliae merces sine Tricesimae solutione clam e regno educerentur. Nunc autem ad dictum oppidum et Vina magno numero advehuntur, et Poloni eo suas adducunt, et negotiationes ac Commutationes mercium quaslibet tanquam in vero depositionis loco libere, et cum maximo Sacrae Majestatis Vestrae Caesareae et Civitatum istarum damno, iniuria ac prejudicio Libertatum ipsarum exercent.

Eodem modo et ad monasterium Lechnicz quod Magnificus Dominus Casparus Magochy etc possidet plane in ipsis Regni Hungariae Versus Poloniam finibus, situm, ad ripam fluvii Dunawiecz qui Regna Hungariae et Poloniae eo in loco disternat plurima Vasa Vinorum educuntur maiore quam necessitas quotidiani usus Monasterii illius exigeret, nimirum numero. Poloni igitur loci propinguitate et commoditate emendorum vinorum allecti, non venient post hac in Civitates negotiatum, aut vina emptum, sed ibi (sic!) ibi facile sua commoda parare, et longe existentes Tricesimatores etiam sine Tricesima Vina evehere poterunt, admittenturque maxime, ut facile colligere sit ex huiusmodi locis tam defraudationem Fisci

Sacrae Majestatis Vestrae subsequi praeter expectationem posse, quam istis miseris Civitatibus nil nisi summam egestatem et intentum irrepere coepisse. [két üres oldal következik]

Secundum Germanicum, ut Imperator Civitates gravitate Taxae obruere tandem desinat: huius tenor talis.[három üres oldal következik]

Nos pro reddentes debites denuo Supplicavimus in hunc modum.

Allerdurleuchtigster großmechtigster Römischer Keyser vnnser aller genedigster Naturliher Herr vnnnd König

Euer Keyserlicher Majestät sindt vnnser Vntertenige [vnd] gehorsame ganczteilige geflissene dienst mit ewiger trewheit allezeit befor. Allergenedigster Keyser Nach dem wir an Ewer Keyserlicher Majestät vor Kurczverschinen tagen ettliches [schulden] geldes halben so zu vnderhaltung Euer Keyserlichen Majestät in obern Creis Vngern Kriegs volk vonn gemeiner statt Caschaw yn nechst verschinen yaren dargelihen worden, suppliciret, Vnnnd daruber Euer Keiserlicher Majestät genedigst an die Cipserische Camer ein schriftlich mandat vmb grundtlichen derhalben bericht, gethan. Solches aber vonn ynen bisher nicht beschehen. hatt vns vnnser eygen Not bezwingen, Widervmb an Euer Kaiserlicher Majestät zu suppliciren vnd vmb genedigst beschaid anhalten, furnemlich weil vns die schuldbrieff in spem mitgegeben, vnd wir solche darlegen wo es die Nott erfordertt, Können, das es also der Cipserischen Camer berichtung nicht bedurrfte Suppliciren der wegen Euer Kaiserlicher Majestät als vnnsern allergenedigsten herren Euer Kayserlichen Majestät Wolle yn einsehung vnnser vnd vnser mitgenossen die nicht unnder als wir mit darleyen, furstreken, vnd dergleichen notwendiger bedurffligkeit Euer Kayserlichen Majestät dazumal gewesenem Kriegs volk, dienstlich vnd befurderlich gewesen, durfftigkeit vnd höchstem anligen, darin wir, furnemlich aber die armen schuster, so mit merklicher yres gutts kleynerung Euer Majestät Kriegsvolk dazumal mit schuhen vnd dergleichen Notturfft vbersehen vnd nun nicht wenig vnter ynen mit weib vnd kindt groß armut ausstehen müssen, leyder

geraten sindt, ym vnnser bytt vnd höchstes flehen angelegen lassen sein, vnd genedigklich befel thuen damit solche schuldbrieff vbersehen vnd reuidet (sic!) hernachmals aber noch lawt derselbigen solche schulden angelegt vnd ausgezalet möchten werden. Welches wir vmb Euer Keyserlichen Majestät mit gehorsamster trewheit vnd allen so wir haben vntertenigst zuverdienen die zeit Vnnser lebens geflissen sein wollen Gewartendt vonn Euer Keiserlichen Majestät ein genedige vnd tröstliche antwort.

Euer Römische Keiserlichen vnd Königklichen Majestät allezeit getrewe vnd gehorsame vnterthanen

Richter vnd Radt sampt der ganczen Purgerschafft Cassaw

23 g

Mane Octava Imperatorem rursum adierunt Civitatenses suppliciter petentes Sacra Cesarea³⁹ Majestas ipsorum rationem habere dignetur ac primo quoque tempore de oblati gravaminibus laeto responso ipsos dimittere. Imperator se non immorem fore, sed se ipsis benignissimam collaturum esse gratiam, promisit.

24 a

Hueberus nobis paria mandati ad Cameram Scepusiensem de solvenda domorum aestimatione, dati exhibuit

25 b

Vengerum [de scripto] ut mandato Caesareo de scripto ad Cameram Scepusiensem dando ut debita in litteris assecratoriis consignata solventur, bis convenimus.

39 Utólag írta be a szerző, kijavítva a szöveget.

Remisit nos ad Huberum cui iam commissionem huius negotii factam esse dixit Reversus Posonio Listhius.

26 c

Litteras a Senatu Cassoviensi ut testimonium perhiberet viduae Wasch Istwan de quibusdam agris dominus Laurentius accepit.

27 d

Mandatum ad Cameram Scepusiensem de solvendis debitis Huberus nobis exhibuit.

28 e

Vienna discessimus, Venimus Posonium.

30 g

Archiduces Ernestus et Rodolphus Comitatu Prelatorum, Baronum ac Nobilium non mediocri arce in templum domini Martini deducti

31 a

In arcem Nobilitas ad accipiendum responsum Imperatorium ad factam Ungarorum conclusionem ascendit dominus Ernestus brevi oratione hortatus status et Ordines Regni <est ut> mature deliberent de his ac tandem finem tractationibus publicis imponendi. Responsio in domo Archiepiscopali praelecta. A prandio rursus in Monasterio. Litteras a Senatu Cassoviensi nobis exhibitas quibus Significatur domini Thomam Frölich tertio adverte missum officium vocatum, petitioni ac vocationi legitimae factae esse a Civibus Cassoviensibus tam tandem assensisse. Sententiam de Urbano Barbiel latam Senatum mille modo posse nec nolle retractare

Aprilis

1 b

Nobiles in Monasterio Convenerunt exceptis [quatuor] tres articulis, de Electione et Coronatione Archiducis [Ernesti] Rodolphi Senioris filii Imperatoris 2 de contributione 4 florenorum in quatuor terminis dandorum 3 de Carbonariis Libertis etc. non dicandis reliquos in futuram Diaetam quae Coronationi destinatur (sic!) [diligentius evolvendos et considerandos esse] omittendos esse. Hanc suam sententiam Baronibus et prelatibus significarunt qui etiam in hac acquieverunt.

2 c

Mane 6 in domo archiepiscopali rursus convenit Senatus Regni publicique tres illos articulos de quibus inter ipsos convenit perlegi fecerunt. Mortuus est Notarius Urbis Posoniensis. In arcem exhibituri articulos de quibus convenerunt ascenderunt. Debrecinenses missi, in Confessu Baronum Prelatorum Nobilium Etc. exposuerunt suas Calamitates quas non ita pridem a militibus Circumforaneis Ungaris, qui etiam a Turcis coesi contumaciae sine et spurcissimorum facinororum quae putrare in oppido Debrecz non sunt veriti, iustas dederunt poenas, passi sunt, supplicetque facti ut pro ipsis apud Imperatorem intercederetur. Ab hoc die usque ad septimum huius Mensis nihil actum.

7 a

Nobilitati articuli de quibus in utrumque partem consensum est ab archiducibus Rodolpho electo Ungarorum rege et Ernesto exhibiti. Praelecti in domo Archiepiscopali Post quorum lectionem Johannes Ruberus in album Baronum Ungaricorum ritu eo quo hic honor [ob] conferri solet solemniter observato, ascitus est. Petitum est nomine Imperatoris ut [Las] Alberto Laskio quoque haec dignitas conferretur: Nobilitas nullo modo assentiri noluit quod haec res ipsorum decretibus quae nolunt ne Polonorum aut Italorum quisque Ungarus creetur, contraria⁴⁰ esset.

40 Utólag javítva.

8 b

Mane conventum est in Monasterio Praelecti articuli Rursus impugnare eosdem de quibus iam convenerunt articulos coeperunt. Post praelectionem horum Praelatos Barones in domo archiepiscopali congregatos adierunt. Primo de iuiuria qua decimatores in exigendis vinis decimalibus utuntur conquesti rationem seu modum quo haec vitiosa consuetudo tolle possit, iniri petierunt Secesserunt cum delectis nobilibus Praelati et Barones consulturi quomodo huic e quitabilis subvenire quent.

9 c

Litteras a missis Bartphensibus et Zibiniensibus cum scripto Camerae aulicae ad presidentem Strein accepimus. Exhibuimus scriptum, Significavit nobis sententiam Scripti, Majestatis ipsius hanc esse voluntatem ut non gravatim in hac ratione omni difficultate maxima Cives quinque liberarum Civitatum pro teniendâ hac inopia et penuria pecuniam quam Taxam nocunt conferrent. Dominus Laurentius facultates ipsorum non esse eorum in eundem ut quicquam dare possint nomine Civitatum reddit in medium allatis omnibus incommodis quae causam praebeant, quo minus voluntati imperatoriae satis facere possint. Item Strein Necesse omnio⁴¹ esse ut tum aliquid conferamus hoc enim urgentissimam necessitatem requirere Si inquit, dominus Laurentius haec ipsius Majestatis voluntas est, tunc testamur Deum nos contributione tali in extremam [red] venturos esse miseriam Plurimum nostrum sunt qui se coniugem, liberosque aequè sustentare taceo ut quicquem dare possint, multisque aliis verbis penuriam, egestatem mala et incommoda Civitatis exposuit.

10 d

Rursus accessimus Streinin denuo instantes, ut autor esset Imperatore quo hoc tempore Taxa a nobis tollatur. Item se libenter esse facturum sed omnia, quae ad incolumitatem nostram facere intelligeret, si modum aliquem intercessio ipsius

41 A szerző utólag javította.

apud Caesarem locum haberet. Sed se certo scire Majestatis ipsius sententiam non esse mutaturam. Idcirco patienter hoc malum ferendum esse. De communi consilio postera die, qui fuit dies e ut denuo apud Imperatorem instarent pro tollenda Taxa Viennam ablegati, <dominus Martinus Kamner etc.> missi Epperiensis.

1[2]4 a

Ungari declarati Johannes Ruber et Fransiscus Popel iuramento solemniter praestato. Status et Ordines Regni in arcem ascenderunt valedicturi archiducibus sicque finis Conventui seu dietae impositus est.

Series redditus nostri.

15 b

Circiter horam quartam pomeridianam Posonio discessimus, eoque die Wartbergam usque 4 venimus

16 c

Vartberga in pagum Ormincz⁴².

17 d

Orminczo in oppidum Boimocz⁴³

18 e

Boimoczó Suchanum.⁴⁴

19 f

Suchano per montem Fatra in Oppidum Domini Nicolai

42 *Űrminc (Nyitra vm.)*

43 *Bajmóc (Nyitra vm.)*

44 *Szucsán (Turóc)*

20 g

Ad Nicolao in Poprad.⁴⁵

21 a

Poprado Novocomium ubi humaniter a dominum Thomam Frölitz excepti sumus.

22 b

Novocomio Leutschoviam, inde in novam Villam.⁴⁶

23 c

Ex Nova Villa Cassoviam circiter horam quartam pomeridianam.

25.

Legati seriem Dietae et negotiorum effectorum. Senatui et Communitati Civitatis recensuerunt.

1572.

Cassoviae

Titulus Domini Giengeri Consiliarii Aulicae Camerae Sacrae Caesareae Majestatis.

Dem Edlen und Gestrenger Herrn Wylhelmb Giennger, auff Rottenberg, Römische Kaiserliche Majestät Hoff Cammer Rath, meynem hochvertrauben lieben Hern.

45 *Poprád (Szepes vm.)*

46 *Szinyeújfalu (Sáros vm.), ill. Ujfalu (Sáros vm.) jöhet szóba, de valószínűleg Szinyeújfalról van szó, mivel ez a Lőcse-Eperjes-Kassa útvonal felezőpontján helyezkedik el.*

Titulus Domini Richardi Strein Praesidenti Camerae Aulicae Sacrae Majestatis
Caesareae

Dem Wolgebornen Herrn, Herrn Reichardten Strein, Herrn zu Schwarczenaw,
vnd Hartenstein Romische Kayserlichen Mayestätischen Ratt vnd der HoffCam-
mer President meinem freuntlichen vnd hochvertrowten lieben Herrn.

TAXAE IMPOSITIO Anno 1572.

Prudentis ac Circumspectis Judici et Juratis Civibus Civitatis nostrae Cassovi-
ensis fidelibus nobis dilectis.

Maximilianus Secundus Divina favente clementia Electus Romanorum Impera-
tor semper Augustus, ac Germaniae Hungariae Bohemiaeque Rex etc.

Prudentes ac Circumspecti fideles nobis dilecti. Quandoquidem Status et Ordi-
nes Regni istius nostri in proximo generali eorum conventu Posonii celebrato, pro
suo erga nos et Regnum istud nostrum Hungariae patriam ipsorum amore, perpensis
diversis et maximis necessitatibus atque sumptibus nostris gravissimis, quos in
conservationem atque defensionem eiusdem Regni nostri et locorum finitimorum
facitatis nobis subsidium quaternorum florenorum per biennium obtulerint quod
cum ad tot tantasque publicas necessitates non sufficiat, a vobis quoque tanquam
fidelibus subditis nostris et membro dicti Regni nostri subsidium sive Taxam soli-
tatis postulare voluimus. Cum itaque publica salus atque permansio communibus
viribus atque auxiliis sustentari conservarique debet. Fidelitatem vestram harum
serie benigne hortamur et etiam committimus atque mandamus firmiter ut summam
octo millium florenorum hungaricalium subsidii publica sive Taxae nomine statim
et absque ulla prorsus mora ulteriori interposita in Cameram nostram Scepusiensem
administrari numerarique curetis in publicas atque adeo confinium Regni neces-
sitates, ex quorum conservatione salus atque permansio quoque vestra post Deum

optimum Maximum dependet, quamprimum convertendam. Secus non facturi. Datum in Civitate nostra Vienna die 20. Aprilis Anno domini .1572.

Maximilianus

Johannes Listhius Episcopus
Vesprimiensis etc.

1572.

Cum igitur hoc Mandatum Inclyto Senatui atque communitati Civitatis perlectum declaratumque in Curia Senatoria fuisset: communibus votis conclusum est ut mitigatione huius insolitae Taxae, supplices litterae ad Sacram Majestatem Caesaream et duo ex Civibus mitterentur. Nos igitur Joannes Gulden Senator ac Leonartus Cromer Notarius Civitatis, ad eam rem fuimus electi, ac iter ingressi die 13 Maii b : pervenimus ad Sacram Majestatem Caesaream die .21. Maii c : in ortem Oberstorff valetudini dantem operam. Ubi supplicantes et difficultates Civitatis proponentes peraeximus Litteras supplicatorias sigillo Civitatis consignatas, orantes de mature et benigne responso. Sua Majestas easdem litteras post earum lectionem Camerae suae Aulicae Viennam misit qui habito tractatu pro informatione scripsit Camerae Scepusiensis mandatum die 26. Maii et illud postae traditum est die 29 Maii quo die reliquarum Civitatum Nuncii ad nos Vienam venerunt nemepe⁴⁷ Leutschovia Clemens Malerae Bartpha: Andreas Sibenbürger Emerici Epperies Antonius Scholts: Zebin Andreas Fabri de eodem ipsis imposito gravamine supplicantes Caesarea Majestas. rediit Viennam die quarto Junii qui fuit Vigilia festi Corporis Christi circa occasum solis.

Exemplum Litterarum Aulicae Camerae et ad Scepusiensem Cameram .etc.

Maximilianus .etc.

Quomodo nobis humilime supplicaverint Judex et Jurati Cives Civitatis nostrae Cassoviensis, pro limitatione quadam nuper impositae Taxae octo millium flore-

47 Vagyis *nemepe*, ezenkívül a szerző javította „e”-re az „a”-t a szó végén.

norum, id ex adiecto scripto ipsorum cognoscetis. Cum itaque suos homines hic habeant qui pro maturo responso iustenti mandamus vobis benigne, ut nobis celeriter consilium et sententiam vestram rescribatis, quantum illis de imperata summa remittendum esse putetos Executuri in hoc benignam voluntatem nostram. Datae Viennae XXVI. die mensis Maii Anno Domini Septuagesimo Secundo. Camerae Scepusiensis.

Postea die Junii allatae sunt nobis per postam Litterae Senatus, de negotio Blasii Zyrakÿ et Reverendi Laurentii Jakus quos nos certis de causis postea tandem die 17 Junii cum informatione Caesari obtulimus.

Die .18. Junii Domino Richardo Strein Praesidentis litteras Teuffenbachii reddidimus quas futuram relaxationem Taxae dixit. Promittatus se acturum cum domino Gienger.

Die 20 Junii e. Caesareae Majestati sequenti scripto supplicavimus. Sacratissima Caesarea et Regia Majestas ac Domine Domine noster naturalis clementissime. Supplicatur Sacrae Majestati Vestrae nomine et in persona fidelium Sacrae Majestatis Vestrae subditorum. Judicis et Juratorum caeterorumque omnium Civium Civitatis Cassoviensis in eo humilime, ut ipsis Sacra Majestas Vestra ex parte nuper impositae extraordinariae Taxae clementer providere dignetur. Quantopere .n. et quique variis modis praemantur ac in dies vires: illorum attenuentur non solum vulgo, vehementiam Dominis Consiliariis Sacrae Majestatis Vestrae plurimis notum esse certum est. Ac nisi larga et speciali liberalitate atque clementia hoc onerosa nimis Taxa limitata, ac deinde in solutionem debita Textant, dudumque Camerae Scepusiensi innotuerunt, deputata fuerint nemo Civium sero in satu permanere poterit. Per huiusmodum .n. insolitas Taxas ad extremam redigenter inopiam, ac tandem⁴⁸ suas domos atque alias hereditates contra iura et antiquam libertatem suae Civitatis, quibuscunque difendere et ex Civibus, inquilini fieri cogentur. Valde autem tota Civitas consternata est, qui nec habeat, nec videat unde tanta pecuniae

48 A „t”-t a szerző eredetileg „d”-nek írta, amit később átjavított.

summa conquerenda sit. Nam et creditoribus qui ad exolutionem Taxae Anni 1569. pecuniam Civitati dederunt mutuo, nondum solis, prae inopia fieri potuit, et qui amplius mutuo det nemo est, nisi villulae Civitati vicinae vel oppignerentur vel iure perpetuo vendantur. Id vero si fieret iam praeter cetera Civitati nec silvae essent nec Coloni qui ligna pro necessitate tam domini Generalis quoque praesidia notis militum exhibias diurnas nocturnaque facientium prout fieri omni tempore oportet, sine precio conveherent ac alia quoque servitia Civitati praestarent. Negotiationis vero rationes et viae concidunt, propter pericula, quae itinerantibus ac foris victum quaerentibus ex vicinis admodum hostibus ubique imminet. Dignetur ergo Sacra Majestas Vestra pro sua innata et privata clementia ipsis Civibus Cassoviensibus tanquam fidelibus subditis in tanta illorum oppressione ac paupertate benigne prospicere, largaque Taxae ipsius remissione, inopiae illorum abvenire: quandoquidem continua per tot annos militum praesidiariorum permansio, qui ibi sine molestiis et damnis Civium teneri non possunt, loco Taxae merito haberi debere censeatur. Sed haec in sola Sacrae Majestatis Vestrae clementia atque misericordia consistunt omnia. Expectant a Sacra Majestate Vestra clementissima ac quo ad enim fieri potest maturam relationem. Sacrae Caesareae et Regiae Majestatis Vestrae humilime ac fideles semper subditi. Nuncii Civitatis Cassoviensis.

Die 22. Junii scripsimus Senatui de Camerae Scepusiensis opinione nondum huc missa: petentes ut ea quoprimum curetur ad nos perferri.

Die 24. Junii accepimus Litteras Senatus datas Cassoviae die 17. Junii de voluntatis Camerae illius erga Civitatem significatione.

Die 26. Junii Domine Jacobus Hueber dixit nobis eodem die venisse Opinionales litteras a Scepusiensi Camera. ex parte Taxae:

Tandem die prima Julii in Camera Aulica Sacrae Majestatis Caesareae conclusum est et mandatum ut saltem 4000 florenos Cassovienses numerent in Camera Scepusiensem sine ulla Debitorum detractioe.

Die itaque 4 Julii venimus Vienna eoque die Posonum mature pervenimus

5 Julii Tirnavia⁴⁹ pransi pervenimus ad villam Episcopi⁵⁰

6 Julii in Sambokreth⁵¹ sumsimus prandium et pernctavimus in villa Kosth⁵² prope Prividiam⁵³

7 Julii venimus tempore meridiem ad Pronam Sclavoniam⁵⁴ et vesperi ad Sanctum Martinum.

8 Julii venimus ante meridiem in villam Krulowen⁵⁵ et totum diem ibi propter exundentem Arvam fluvium manere nos oportuit

9 Julii in Rosenberg⁵⁶ sumus pransi et apud Sanctum Petrum⁵⁷ pernctavimus

10 Julii in villa Czeplische⁵⁸ sumsimus prandium. Leutschoviaequae per noctem mansimus

11 Julii Sumpto in Syroka⁵⁹ prandiolo venimus ad Radach⁶⁰ vesperi

12 Julii surgentes hora XI medium Venimus Cassoviam. Deo propicio.

(Vége)

49 Nagyszombat (Pozsony vm.)

50 Püspöki (Nyitra vm.)

51 Zsámbokrét (Nyitra vm.)

52 Koss (Nyitra vm.)

53 Privigye (Nyitra vm.)

54 Tótpróna (Túróc vm.)

55 Kralován (Arva vm.)

56 Rózsahegy (Liptó vm.)

57 Szentpéter (Liptó vm.)

58 Teplic (Liptó vm.)

59 Siroka (Sáros vm.)

60 Radács (Abauj vm.)